Das Repertorium da Montes ist in erster Linie Materialsammlung und hält mit dem eigenen Urteil zu sehr zurück, als dass man aus ihm den Standpunkt des Verfassers in jeder Hinsicht präzisieren könnte. Schärfer bestimmen lässt er sich bei dem besten Kopfe unter den kurialistischen Autoren um die Mitte des 15. Jahrhunderts, bei Domenico Domenichi. Es verdient bemerkt zu werden, dass auch er, wie Piero da Monte und Arevalo, als päpstlicher Referendar eine hohe Stellung an der Kurie einnahm. In seiner 1456 verfassten und Papst Kalixt III. gewidmeten Schrift *De potestate papae et termino eius*⁸⁷ vertritt er zunächst die strenge hierokratische Theorie: der Papst hat als Vikar Christi kraft göttlichen Rechtes die höchste Gewalt sowohl in spiritualibus wie in temporalibus; der Kaiser, die Könige und Fürsten empfangen ihre Gewalt vom Papste, ihre Reiche sind nur iuris positivi. Zwar ist der Unterschied der beiden Gewalten und ihre Ausübung wie die Pflicht der Unterordnung unter die weltliche Gewalt göttlichen Rechtes, nicht aber die konkreten Formen derselben und ihre Träger. Der Papst als der wahre Herr der Welt und « summus monarcha » ist im Besitz beider Schwerter; er kann Reiche wie Bistümer unterdrücken, Könige wie Bischöfe absetzen, Zivilgesetze wie kanonische aufheben, und zwar nicht nur, wie Johannes Andreae lehrte, in foro suo, d. h. soweit sie das Seelenheil betreffen, sondern auch in anderen Fällen, z. B. um sie zu verbessern; er kann alle Rechtssachen an sich ziehen und von Laien wie von Geistlichen Zehnten für die Bestreitung kirchlicher Bedürfnisse erheben. Auch Domenichi ist der Auffassung, die Bulle Unam Sanctam habe allen Streitigkeiten über die Ausdehnung der päpstlichen Gewalt ein Ende gesetzt.

Die Strenge dieser hierokratischen Sätze erfährt jedoch eine wesentliche Milderung, die Domenichi von Arevalo unterscheidet und Torquemada nähert. Im *Gebrauch* der potestatis temporalis ist nämlich der Papst keineswegs unbeschränkt. Die Exekution der welt-

habere apud se summum imperium et ea in terris suis facere posse, que potest imperator.

⁸⁷ Vat. lat. 4121, fol. 1r-67r; der einschlägige Teil III über das Imperium fol. 38r-54r. Mit Rücksicht darauf, dass eine seit langem von mir vorbereitete Arbeit über D. vor dem Abschluss steht, verzichte ich hier auf Belege für das Einzelne.

lichen Gewalt liegt *iuris divini* in den Händen der Fürsten, und zwar vollständig in *causis sanguinis*, auf den übrigen Gebieten, soweit nicht das Heil der Seelen berührt ist. Der Papst darf sich nicht ohne Grund in die Ausübung der weltlichen Gewalt durch die Fürsten einmischen. Wie der Architekt den Bauleuten den Auftrag zum Bauen erteilt, jedoch nicht selbst dabei Hand anlegt, so hat der Papst den weltlichen Gewalthabern zu befehlen, darf aber nicht in die Ausführung des Befehles eingreifen. Praktisch gesehen hält sich also Domenichi ungefähr auf der gleichen Linie wie Torquemada. Seine Auffassung deckt sich im wesentlichen mit dessen Satz: der Papst besitzt, soweit es sich um die unmittelbare Ausübung der weltlichen Gewalt handelt, normalerweise nicht die Fülle derselben, sondern nur in einzelnen Fällen ³⁸.

Ganz ähnlich steht es mit der Stellung der Beiden zum Imperium. Domenichi zieht zunächst die Folgerung aus seiner hierokratischen Theorie: das Imperium hat seinen Ursprung nicht in einer positiven Anordnung Gottes, sondern ist von ihm nur zugelassen; Christi Worte: Gebet dem Kaiser, was des Kaisers ist, sein Verhalten in der Steuerfrage bedeuteten nur eine grundsätzliche Anerkennung der weltlichen Gewalt als solcher, nicht des Imperiums als ihres konkreten Trägers; Christus passte sich in der Ausdrucksweise den Anforderungen der Juden an. Das römische Reich war durch Usurpation entstanden. Wenn auch das römische Volk für sich selbst durch nachträgliche Zustimmung die Herrschaft legitimieren konnte, so doch nicht für den ganzen Erdkreis, und selbst wenn dies im Laufe der Jahrhunderte geschehen wäre, so doch sicher noch nicht zur Zeit Christi und der Urkirche. Die Kaiser vor Konstantin waren keine wahren Kaiser, weil ihnen die Autorisation bzw. Einsetzung durch den Vikar Christi fehlte. Sie ist auch heute die Quelle der imperialen Gewalt. Die Kurfürsten vermögen sie dem Kaiser ebensowenig zu geben wie die Kardinäle dem von ihnen Gewählten die Papstgewalt. Während dieser aber seine Gewalt unmittelbar von Gott empfängt, erhält der Kaiser die seine vom Papste. An diesem Punkte kommt aber dann

³⁸ Summa de ecclesia II 116 ad 10: Die weltlichen Gewalten sind nötig, cum iurisdictio temporalis plenaria non ponatur in Romano pontifice regulariter quantum ad immediatam executionem sive exercitationem, sed in aliquibus casibus.

die Wendung: Hat der Kaiser die Gewalt einmal erhalten, so darf er sie selbständig gebrauchen. Dieses neue Verhältnis ist symbolisch dargestellt im Akt der Kaiserkrönung: der Papst überreicht dem Kaiser das Schwert, dieser zieht es aus der Scheide und zückt es, um darzutun, dass er seine kaiserliche Gewalt zwar vom Papste empfängt, aber dann kraft eigenen Rechtes ausübt. So ist der Kaiser das wichtigste Glied am Körper der Christenheit, ja in gewissem Sinne kann man ihn sogar das Haupt nennen, denn er lenkt sie in temporalibus, kraft der ihm vom Papst verliehenen Gewalt, so wie beim Menschen das Haupt den Körper lenkt, selbst aber von der Seele abhängt.

Der Venezianer Domenichi beweist mehr praktischen Sinn und mehr Verantwortungsbewusstsein als Arevalo, indem er, seinem hierokratischen System zum Trotz, die Selbständigkeit der weltlichen Gewalt gegen willkürliche Eingriffe zu sichern versucht. Freilich lässt sich der hierokratische Ansatz im weiteren Aufbau der Gedanken nicht ganz verleugnen. Wenn der Papst zur Überzeugung käme, dass die Welt auf andere Weise besser regiert würde, könnte er das Imperium aufheben; dann würde die jetzt noch wenigstens zum Teil bestehende Unterordnung der Könige und Fürsten unter den Kaiser aufhören und alle würden gleichmässig direkt unter dem Papste stehen. Das ist nur die Folge der Auffassung, dass das Imperium seiner Grundlage nach nicht wesentlich von den übrigen Reichen verschieden ist. Domenichi deutet nur die Möglichkeit der Aufhebung an — bei Arevalo wird diese selbst zwar nicht gefordert, aber faktisch vollzogen. Bei ihm steht das Reich unter dem Schirm der päpstlichen Weltmonarchie durchaus *neben* den Nationalstaaten, ja in gewissem Sinne *unter* ihnen, weil sein Herrscher als Wahlkaiser einen schlechteren Besitztitel hat als die Erbkönige der Nationalstaaten. Es ist kaum zu bezweifeln, dass diese letztere Anschauung aus dem spanischen Recht stammt³⁹. Die darin liegende Abwertung des Reichsgedankens hat eine Parallele nur in der Verneinung des Imperiums durch

³⁹ Sie findet sich schon im *Codigo de las siete partidas* König Alfons' X., cf. R. W. u. A. J. Carlyle, *A history of mediaeval political theory in the West* V, London 1928, 148.

französische und kuriale Publizisten des beginnenden 14. Jahrhunderts⁴⁰.

Domenichi ist weit davon entfernt, Arevalo auf dieser Bahn zu folgen. Er gibt zu, dass die Oberherrschaft des Imperiums über andere Reiche durch Präskription verloren gehen kann, wie es tatsächlich bei Frankreich und Sizilien der Fall ist. Was Spanien angeht, so hat Domenichi Papst Kalixt III. zu dem Gesandten des Königs sagen hören, ihr Herrscher erkenne keinen anderen über sich, weil er sein Reich von den Ungläubigen zurückerobert habe⁴¹. Im übrigen ist gerade Domenichi ein schlagendes Beispiel dafür, dass mit der hierokratischen Antwort auf die alten Prinzipienfragen nach dem Ursprung der beiden Gewalten noch keineswegs die praktische Haltung gegenüber dem Imperium gekennzeichnet ist⁴². Domenichi unterhielt seit 1463 die besten Beziehungen zu Kaiser Friedrich III. und trat in der Folgezeit wiederholt an der Kurie als sein Sachwalter auf. In einer Rede, die er am 3. Juni 1474 vor dem Konsistorium hielt⁴³, verfocht er, gemäss den oben charakterisierten Anschauungen über die Exekution der potestas saecularis, mit Energie und Geschick die Selbständigkeit der kaiserlichen Gerichtsbarkeit gegenüber der päpstlichen und erklärte die Annahme einer vom Pfalzgrafen bei Sixtus IV. eingelegten Appellation als rechtlich unzulässig. In einem Punkt hat er übrigens die Ansichten von 1456 später ausdrücklich modifiziert. In einem handschriftlichen Nachtrag, der vom Jahre 1469

⁴⁰ Cf. R. Scholz, *Die Publizistik zur Zeit Philipps des Schönen u. Bonifaz' VIII.*, Stuttgart 1903, 270 s., 326 ss; H. Finke, *Weltimperialismus und nationale Regungen im späten Mittelalter*, Freiburg-Leipzig 1916, 27 s; F. Boock, *Kurie u. Nationalstaat am Beginn des 14. Jh.* s: *Römische Quartalschrift* 44 (1936) 111 ss.

⁴¹ Vat. lat. 4121, fol. 53^r: Unde et gl. in c. Et si necesse de don. inter vir. et ux. videtur dicere de rege Hispaniae, quod non habet superiorem, et videtur loqui de iure. Audiui a Sanctissimo D. N. in responsione ad oratores quosdam, quod hoc fuit, quia eripuit regnum de manibus quorundam infidelium. Der Obödienzgesandte Heinrichs IV. an Kalixt III., der am 6. Januar 1456 die Glückwünsche zur Wahl des spanischen Papstes darbrachte, war nach Toni, Arevalo 76; *Hist. hisp.* IV 36 (*Script. rer. hisp.* I, 425) kein anderer als Arevalo.

⁴² In diesem Zusammenhange sei an Peter von Andlau erinnert, dessen Reichstreue durch seine hierokratischen Ansichten über das Verhältnis der beiden Gewalten wahrlich nicht beeinträchtigt wurde. Diese sind niedergelegt in dem 1460 verfassten Libellus de Cesarea monarchia II 8 und 9, *Zeitschrift der Savigny-Stiftung f. Rechtsgesch. Germ.* Abt. 13 (1892) 182-189. Dort der Satz: Non longe foret ab heresi pertinaciter negare temporalem Caesaris iurisdictionem a summo pontifice derivare.

⁴³ Vat. lat. 6234, fol. 196^r-203^v.

datiert, schränkt er den früher von ihm vertretenen Satz, der Papst könne das Reich und andere Staaten nach Belieben unterdrücken, ausdrücklich auf die *materia peccati* ein, d. h. im Sinne der später sogenannten *potestas indirecta* ⁴⁴. Auch die bevorzugte Stellung, die bei ihm Petrus de Palude einnimmt, rückt ihn Torquemada näher als Arevalo.

Auf den ersten Blick könnte es scheinen, dass die Kontroverse zwischen Torquemada und Arevalo sich weit entfernt von den Kämpfen des wirklichen politischen Lebens abspielt. Dass dem nicht so ist, lehrt ein kleines Vorkommnis, mit dessen Erzählung wir unsere Untersuchung beschliessen wollen. Wie Kardinal Ammanati berichtet, setzte sich im Konsistorium vom 7. April 1473 der kaiserliche Gesandte für die Erhebung Domenichis zum Kardinal ein und nannte den Kaiser im Laufe seiner Rede « *monarcha orbis* ». Sofort erhob sich der französische Kardinal Estouteville und erklärte mit Betonung: Nicht der Kaiser, sondern dieser unser Pontifex ist der Monarch der Welt. Darauf der Gesandte: Nicht Herrscher über alle nenne ich den Kaiser, ich spreche nur vom Gebiet des Zeitlichen. Estouteville aber antwortete mit einem Satze, den ebensogut Arevalo hätte schreiben können: Auch auf dem Gebiet des Zeitlichen besitzt der Kaiser nicht die [Welt]herrschaft. Nach päpstlichem und göttlichem Recht liegt sie ganz in den Händen des Bischofs von Rom ⁴⁵.

IV – Text

[Johannes de Turrecremata, *Opusculum ad honorem Romani imperii et dominorum Romanorum*]

[fol. 65^r] Cum venisset ad manus nostras libellus quidam intitulatus de monarchia et origine principatus aduersus Romani imperii dignitatem, visus est nobis plurima falsa continere et divine ordinationi repugnare, cuius providentia Romanum imperium creditur ordinatum et Romane ecclesie, que a Romanis imperatoribus plurima beneficia et honores suscepit, recipimus calamum veritatis zelo contra scribentem, licet senio gravati minus potentes

⁴⁴ Vat. lat. 4121, fol. 157^r.

⁴⁵ Diario concistoriale del Card. Ammanati ed. E. Carusi, Città di Castello 1904, 146.

simus ad labores. Verum non impugnativimus totam verborum scribentis, que plurima est et inutilis et multa continens disputatione digna, sed brevibus nos absolvendo tanquam aliqua principalia de eius dictis, que minus bene dicta videntur nobis.

Ponit autem in primis adversarius duo presupposita. Primum est, quod sunt reges, qui dantur regnis, et tales non sunt veri domini, sed quidam rectores, et hoc accidit in regnis, in quibus per electionem reges assumuntur; aliquando vero regna dantur et conferuntur regibus ut in illis regnis, in quibus per legitimam successionem reges instituuntur. Ex quo concludit, quod imperator et reges, qui dantur regnis, non habent liberam administrationem sicut reges, quibus dantur regna.

Hoc presuppositum scribentis videtur nobis falsum, quia in hoc non videtur differentia inter reges, ut quod dentur regnis vel quod regna dentur eis, quia cum dantur reges regnis, dantur eis ut domini et gubernatores; cum dicitur quod regna dantur regibus, intelligitur ad regendum et gubernandum, in cuius signum et testimonium scriptura sancta sive rex per electionem sit assumptus sive per successionem indifferenter loquitur. Unde de primo, scilicet qui fuit per electionem assumptus, dicitur I° Paral. tertio [recte c. 10 v. 14]: *Transtulit regnum eius ad David filium Ysaii*, et secundo Paral. (c. 13 v. 5): *Ad ignoratis, quod dominus deus dedit regnum David super Israhel in sempiternum*. Ecce quod assumpto regi per electionem dicitur dedisse regnum, de secundo vero, scilicet eo qui per successionem est ad regnum assumptus, scriptura dicit Sapientie IX° [v. 7 s.]: *Tu namque elegisti me in regem populo tuo et iudicem filiorum tuorum et filiarum, et ut edificarem templum in monte sancto tuo*. Ecce quod rex per successionem veniens dicitur dare regnum. Quo presupposito tanquam falso impugnato cadunt aliqua super illud fundata.

Secundum presuppositum est, quod omnis principatus habet originem uno de duobus modis, primo iure naturali, secundo modo iure civili. Primo modo regnum habuit originem et exordium, secundo modo habuit imperium originem et iurisdictionem. Hoc presuppositum falsum est tum primo, quia videtur tertius modus, scilicet a deo influente Sapientie VI° [v. 2 et 4]: *Audite reges, quoniam data est potestas vobis a domino et virtus ab altissimo*. Specialiter patet de principatu Romani pontificis, qui in beato Petro pro se suisque successoribus fuit a Christo immediate. Tum secundo videtur falsum presuppositum, quia nullo iure nature invenimus alicui competere dominii dignitatem, et hoc ostendit Augustinus XIX. de civitate dei, cum omnes homines ex eadem radice originem duxerint scilicet ex Adam et muliere una Eva, [c.] XXXV. q. 1 [c. 1] *cum igitur*¹. Iure etiam nature communis est omnium possessio et communis omnium libertas disti. I. [c. 7]

¹ Friedberg I, 1262.

*iure naturali*², sed officio consulendi et dirigendi; est enim homo animal naturaliter sociale, quem oportet ad invicem ordinare. In hiis autem, que sunt ordinata ad invicem, oportet semper esse aliquod principale alios dirigens, ut dicit Aristoteles primo Politice³. Tum tertio presuppositum est falsum, scilicet quod regnum habuit aliam originem quam imperium, quia quemadmodum imperium dicitur introductum per tyrannidem et rapinas, ita et regnum, sicut patet in Caym, qui primus dominus sive rex fuit inter homines, ut dicit Augustinus⁴. Patet etiam in Neron post diluvium, a quo descendit Belus rex Babilonie, et sic de multis aliis⁵.

Istis sic presuppositis adversarius infert aliquas conclusiones et specialiter quatuor⁶. Prima, quod Romanus populus et eius principes et imperatores non iusto titulo, sed tyrannice et usurpative et per violentiam dominium et iurisdictionem ad regna et provincias usurparunt et obtinuerunt. Secunda conclusio [fol. 65^v], quod reges et principatus, quibus regna dantur, quia ex successione voluntarie et sic naturaliter principantur, antiquiorem, iustiore et approbatiorem titulum habent in eisdem regnis quam imperator et alii principatus, qui dantur regnis et provinciis, utpote quia iure civili est assumptus. Tertia conclusio, quod predicti reges ex successione regnantes et eorum populi iuste et licite potuerunt etiam vi et armis regna et provincias huiusmodi ab imperatoribus sive populo Romano subtrahere, quia illa regna et provincias per violentias occuparunt. Quarta conclusio, quod imperator non habet dominium sive iurisdictionem temporalem super orbem, sed solum in illa provincia, in qua a populo est electus. Hec ille.

Nos vero pro improbatione harum conclusionum ponemus alias conclusiones contrarias, per quas ruent conclusiones scribentis et fundamenta, que inducit ad probandum eas.

Prima conclusio: Licet imperium per violentiam originem sumserit, sicut et regnum, processu tamen temporis bonis moribus regebatur, propter quos meruit tam late et potenter augeri. Unde beatus Augustinus et Jeronimus dicunt, quod *Romani virtutibus meruerunt imperium* et habetur C. XXVIII q. 1 *ex eis itaque*⁷, et ita propter bonum regimen imperii dominium eius omnibus gentibus quodammodo gratum factum est, ita ut voluntarie se imperio Romano^{7a} subicerent, et ita factum est imperium uno modo

² Richtig: Jus naturale, c. 7 D. 1, Friedberg I, 2.

³ T. meint zweifellos Polit. I 5, Bekker 1254^a, doch ist die von ihm zugrundegelegte Übersetzung unrichtig.

⁴ De civ. Dei XV 1 und 5 ss., Migne PL 41, 437 u. 441 ss.

⁵ Cf. Gen. 10, 8 (Nemrod) und das Chronicon des Hieronymus, Migne PL 27, 109.

⁶ S. o. Abschnitt I.

⁷ Friedberg I, 1088. Das Zitat findet sich jedoch wörtlich weder bei Hieronymus noch bei Augustinus, sondern nur dem Sinne nach bei Augustinus, De civ. Dei V 15, Migne PL 41, 160. Das Ms. fügt hier fälschlich ein zweites «sed» ein.

iustum et legitimum, non tamen per omnem modum iustum, tum propter malum principium tum propter malum aliquorum usum, qui male usi sunt imperii potestate, sicut contingit malis⁸ principatibus etiam regalibus. Unde communiter distinguimus quadruplex regimen; quoddam enim est rectum et iustum quantum ad modum acquirendi, sed perversum quantum ad usum; quoddam vero iustum et legitimum quantum ad modum acquirendi et secundum usum potestatis; tertio est regimen iustum et legitimum quantum ad usum potestatis, sed non quantum ad modum acquirendi, sicut dicimus de imperio; quarto est regimen, quod et quantum ad modum acquirendi et usum potestatis est iniustum, quod tamen deus permittit ad probationem honorum et punitionem malorum vel aliis causis sibi cognitis.

Secundo confirmatur prefata conclusio sic. Nullus, qui virtutibus meretur aliquem honorem, est dicendus sine iusto titulo et non legitimo illum possidere. Hoc patet, quia honor est premium virtutis, tertio Ethicorum⁹: sed Romani imperatores processu temporis virtutibus, ut ait Jeronimus et Augustinus, imperium meruerunt, ubi supra¹⁰, qui specialiter tribus virtutibus dicuntur claruisse, que sunt sincerus amor patrie, traditio legum sanctissima et morum benivolentia, quibus tanquam mercedem condignam dominium meruerunt. Ergo conclusio vera.

Tertio confirmatur prefata conclusio et ostenditur conclusio adversarii non modo falsa, sed Romane ecclesie plurimum prejudicialis. Et arguitur sic. Si imperatores Romani sine aliquo iusto titulo, sed tyrannice usurpaverunt imperium, sequitur tunc, quod donatio facta per Constantinum, de qua in c. [14] *Constantinus* XCVI. di.¹¹ nulla fuit. Sed hoc est falsum et prejudiciale ecclesie Romane. Ergo imperator Constantinus iusto titulo et non tyrannice, sed legitime obtinebat imperium, et sic dicendum est de aliis imperatoribus, qui multas donationes fecerunt ecclesiis dei. Patet tamen consequentia, quia de usurpato et tyrannice habito non potest fieri valida donatio neque elemosina, secundum illud Levitici secundo [v. 11]: *Omnis oblatio, que offerur deo, absque fermento erit.*

Quarto confirmatur sic conclusio nostra. Tyrannus dicitur, qui contempto bono communi querit privatum. Sed Romani maxime hac virtute commendantur de amore ad rem publicam. Unde teste Tullio libro de officiis¹² et Augustinus [1] libro de civitate dei¹³ tanta iustitia Romanorum patebat erga rem publicam, quod nec sibi percebant ob salutem rei publice. Unde Iudas

⁸ Ms malus.

⁹ Ethica Nic. IV 7, Bekker 1123b.

¹⁰ S. o. Anm. 7.

¹¹ Friedberg I, 342 ss.

¹² Cf. Cicero, De off. I 7, Mueller IV 3, 9; auch Enea Silvio beruft sich auf einen ähnlichen Gedankengang Ciceros, Kallen 80 s.

¹³ Cf. De civ. Dei V 18, Migne PL 41, 162 ss.

Machabeus hiis Romanorum virtutibus attractus constituit habere societatem et amicitiam cum eis, ut primo Machabeorum octavo [v. 1-16] habetur, ubi inter alia commendabilia de eis dicit, quod populos et gentes diversas ad sui trahebant amorem. Ergo imperatores Romani, cum fuerunt ita virtuosus et rei publice amatores, non sunt dicendi possessores imperii tyrannice, sed titulo iustissimo.

Secunda conclusio nostra est, quod imperium est a deo. Ista conclusio [f. 66^r] multipliciter redditur manifesta. Primo testimonio sacre scripture. Unde Sapientie septimo [6, 2 et 4] dicitur: *Audite reges, quia data est vobis potestas a domino et virtus ab altissimo*. Secundo Apostolus ad Romanos XIII^o [v. 1 s.] idem testatur dicens: *Non est potestas nisi a deo, et qui potestati resistit, dei ordinationi resistit*. Tertio patet ex illo Johannis XIX^o [v. 10 s.], ubi Pilato vicario Cesaris dicenti Christo: *Mihi [non] loqueris, qui potestatem habeo crucifigere te et potestatem habeo dimittere te*, respondit Christus: *Non haberes in me potestatem ullam, nisi data fuisset tibi desuper*, scilicet, ut dicit Augustinus¹⁴, divina ordinatione. Ergo potestas imperialis Cesaris erat a deo.

Ceterum eadem conclusio ostenditur testimonio sanctorum doctorum et canonum. Primo testimonio beati Augustini super Johannem, et habetur di. VIII. c. [1] *quo iure*¹⁵, ubi sic ait: *Jura humana iura imperatorum sunt. Quare? Quia ipsa humana iura per imperatores et reges seculi deus distribuit generi humano*. Secundo patet testimonio Gregorii Nazianzeni, qui in c. [6] *suscepistis* di. X.¹⁶ imperatoribus Constantinopolitanis scribens sic ait: *Dedit enim deus vobis potestatem*. Tertio patet conclusio testimonio sancti Cypriani, qui in c. [8] *quoniam* eadem di.¹⁷ scribens Juliano imperatori sic ait: *Homo Christus Ihesus actibus propriis et dignitatibus officia utriusque potestatis discernit*, idest distinguit. Quarto patet conclusio testimonio Genasii [1] pape, qui Anastasio imperatori scribens, ut in c. [10] *duo sunt* XCVI. di.¹⁸ sic ait: *Duo quippe sunt, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra pontificum et regalis potestas*. Quinto patet conclusio testimonio Johannis pape, qui in c. [11] *si imperator* eadem di.¹⁹ sic inquit: *Habet privilegium potestatis sue, que ad ministrandum legibus publicis divinitus est consecutus*. Ergo si divinitus, non tyrannice.

Sed circa hanc conclusionem est sciendum, quod imperium non sic dicitur esse a deo, quod deus a principio, quo creavit genus humanum, quia

¹⁴ Findet sich an der angegebenen Stelle In Joh. tr. 116 n. 5, Migne PL 35, 1943 nicht.

¹⁵ Friedberg I, 13.

¹⁶ Nach Friedberg I, 20 lautet die Stelle jedoch: *Dedit enim et nobis potestatem*.

¹⁷ Friedberg I, 21, mit Auslassungen.

¹⁸ Friedberg I, 340.

¹⁹ Friedberg I, 341.

commiserit alicui imperiale dominium aliorum aut quod dederit speciale preceptum aut fecerit ordinationem, ut unus presideat aliis, sed sic est a deo, quod secundum rectam rationem, quam deus indidit homini, hoc est conveniens et expediens talem auctoritatem esse in hominibus sicut inter homines.

Unde secundum hoc ponitur tertia conclusio: Imperium est a deo quantum ad debitum esse in hominibus sive quantum ad convenientiam et expeditionem, non autem quantum ad acquisitionem et usum eius semper. Probatur conclusio sic. Regimen mundi creditur esse bene ordinatum utpote a divina sapientia, que *attingit a fine usque ad finem fortiter, disponens omnia suaviter*²⁰. Sed optimum regimen multitudinis est secundum quod continetur sub uno principatu, ut dicitur tertio Politicorum²¹, et idem Philosophus dicit XII. Metaphisice: ²² Entia nolunt male disponi; pluralitas principatum non est bona; unus ergo princeps. Ergo videtur, quod regimen totius orbis sic sit dispositum ab eterna sapientia, ut unus etiam in temporalibus presideat omnibus populis et nationibus.

Secundo sic. In omni re, que ex diversis integratur, oportet dare unum preeminens, cuius auctoritatis sive virtutis regimine diverse partes contineantur in unitate, sicut in corpore est anima, que continere dicitur ipsum corpus, ne eius partes ad invicem dissolvantur, et idem in machina mundi inter corpora observatur, ubi celum super omnem contrarietatem elevatum sua virtute immixta elementa consiliat, que sunt contraria. Cum autem universus orbis sit quasi unum corpus mixtum ex multis et diversis membris et officiis et statibus constitutum, ut patet, sequitur, quod conveniens fuit et debitum est in hominibus unam supremam potestatem, qua, si etiam reges aut regna dissentirent, dissensionis causa sopita conservarentur quies et in pace.

Tertio potest dicta conclusio probari rationibus, quibus probatur, quod in uno regno sive in uno principatu particulari unus debeat esse rex vel princeps, quia eadem ratio est de toto orbe sicut de parte. Videmus enim, quod ita surgit rex contra regem et regnum contra regnum, sicut in uno regno surgunt dissensiones particularium hominum, et quia non assistente aliquo superiori alter de altero cognoscere non possit, ex quo alter alteri non est subditus, quia par in parem imperium non habet, oportet esse iudicem amplioris potestatis, qui ambitu sui iuris ambobus principetur, et hic erit [f. 66^a] monarcha. Si vero dicatur, quod erit recursus ad papam, hoc non potest cum veritate dici. Tum primo, quia sic periret omnis potestas regalis et imperialis, que in hac ratione fundatur. Tum secundo, quia talium regnorum dissensiones sepe precesserunt papatum. Ergo in tali casu non poterat haberi recursus ad papam. Tum tertio, quia in talibus iudiciis sepe est necessarius usus gladii materialis, qui interdicitur potestati spirituali, XXIII.

²⁰ Sap. 8, 1.

²¹ Aristoteles, Polit. III 17, Bekker 1288.

²² Aristoteles, Metaphys. XI 10, Bekker 1076^a.

q. 1 § 1²³ et q. 8 § 1²⁴. Concedimus tamen, quod evidentius currunt argumenta de unitate in uno particulari regno aut unius principis in una provincia quam quod in toto orbe sit unus imperator sive princeps propter varietatem multiplicem conditionem et morum hominum, que est multiplex in toto orbe, que non reperitur in una provincia. Nichilominus aliquo modo militare videtur ratio de imperio sicut de regno, consideratis dictis sanctorum, que dicta sunt.

Quarta conclusio: Imperialis principatus quantum ad debitum esse in hominibus est de iure naturali, quod dicitur ius gentium. Que conclusio probatur sic. Quod est debitum et expediens esse in hominibus secundum rectam rationem, est debitum esse iure naturali sive iure gentium, quod idem est. Patet, quia ius naturale dicitur, quod naturali ratione est introductum. Sed dominium sive regimen imperiale est debitum esse in hominibus secundum rectam rationem, ut patet ex conclusione precedenti. Ergo tale dominium est de iure naturali.

Secundo probatur sic conclusio. Illud secundum rectam rationem in moribus dicitur, quod habet conformitatem ad bonitatem, que est in rebus naturalibus, quia ars imitatur naturam,²⁵ quantum potest. Sed potestas principatus imperialis est huiusmodi, quia in naturalibus inferiora reguntur per superiora et multitudo per unum. Unde totum universum ad modum exercitus ordinatur sub uno principe, qui est deus, ut dicitur XII^o Metaphisice²⁶. Ergo quod unus post deum super omnes homines visibili conversatione principetur, est conveniens iure naturali.

Tertio sic. In c. [41] *in apibus* VII. q. 1²⁷ beatus Jeronimus scribens ad Rusticum monachum arguit sic: *In apibus princeps unus est; grues unam sequuntur ordine litterato; imperator unus.* Ecce quod beatus Jeronimus ex naturalibus sumere videtur argumentum, quod unus sit imperator. Valde temerarium esset, si adversarius vellet dicere Jheronimum non recte arguisse.

Quinta conclusio: Convenientius quis assumitur ad imperium sive ad dominium per electionem quam per successionem. Probatur ista conclusio primo ex c. [6] *Moyses* VIII. q. 1²⁸ et ex c. [13] *per venerabilem* [X] *qui filii sunt legitimi* [IV 17]²⁹. Ratione conclusio sic probatur. Ille modus perveniendi ad imperium est convenientior, qui est antiquior. Sed modus perveniendi ad dominium per electionem est antiquior. Patet quia modus perveniendi ad dominium per successionem non potest absolute esse

²³ Friedberg I, 889 s.

²⁴ Friedberg I, 953.

²⁵ Aristoteles, Nat. ausc. II 2, Bekker 194^a.

²⁶ Aristoteles, Metaphys. XI 10, Bekker 1075^a.

²⁷ Friedberg I, 582.

²⁸ Friedberg I, 592.

²⁹ Friedberg II, 417.

primus in illo principatu, quia ille, cui succedit, fuit primus, et ita antiquior modus perveniendi ad principatum sive dominium est per electionem dei vel hominum.

Secundo probatur sic conclusio. Modus perveniendi ad potestatem, que est prima inter omnes potestates seculares, est convenientior, qui est firmior et magis rationabilis. Sed huiusmodi est modus per electionem. Ergo conclusio vera. Minor probatur sic. Recta ratio dictat, ut melior et utilior preferatur in dominum et rectorem rei publice, quia secundum Philosophum tertio et quarto Pollithicorum³⁰ ille debet esse rex, qui ceteris melior existit, ut, qui ceteros honore precedit, precedat et virtute. Sed successio generis non semper dat meliorem, quia frequenter de bonis parentibus nascuntur mali et degeneres filii. Unde sepe sequitur error in regimine eorum, qui principantur per successionem, quod non contingit, quando per rectam electionem quis assumitur ad principatum. Ergo conclusio vera.

Patet etiam conclusio tertio sic, quia modus per electionem est conformis ad modum, quo quis assumitur ad summum pontificatum, qui iudicatur ceteris convenientior. Ergo etc.

Sexta conclusio: Imperium Romanum licet quo ad sui principium fuerit per violentiam acquisitum et subditis involuntarium, processu tamen temporis populorum et regum consensu et ratihabitione gratum creditur et acceptum fuisse et a populis et regibus pro maiori parte voluntarie est eis paritum, non quidem propter metum precedentem, ut inquit adversarius, sed propter optimum regimen eius. Ista conclusio deducitur ex multis. Primo in glossa [f. 67^r] Johannis in c. [8] *statutum* II. q. 1³¹, ubi respondendo questionem, utrum sententia ratificatur per consensum sequentem, dicit quod tunc ratihabitione facit valere quod erat invalidum, si expresse ab initio hoc velit valere, ut 1. in § *false*³². Sed sic est, quod Romani, cum aggredierentur alios populos et regna, hoc intendebant et sperabant, quod processu temporis populi illi et reges gratum haberent eorum dominium et voluntarie eis parerent. Ceterum quod ratihabitione confirmet quod prius erat invalidum, habet etiam glossa in c. *quoniam quisquis* XI q. 1³³ et glossa c. 1 XXX. q. 2³⁴, ubi sic ait: *Ratihabitione confirmat factum prius invalidum*. Quod vero ita fuerit in imperio Romano, videtur accipi ex illo Luce II [v. 1], ubi

³⁰ Cf. besonders den Schluss des Buches III, Bekker 1288.

³¹ Das c. Statutis C. II q. 1, Friedberg I, 442, hat jedoch keine entsprechende Glosse.

³² Nicht ermittelt.

³³ Wie sich aus dem folgenden Zitat aus der Glosse ergibt, muss es heissen c. 68 Quoniam quicquid C. 16 q. 1, Friedberg I, 784 s. Dort findet sich in der Tat eine entsprechende Glosse über die ratihabitione.

³⁴ Friedberg I, 1100. Die Glosse dazu lautet nach der von mir benützten Ausgabe des Corpus Juris Canonici Lyon 1543 fol. 353^v: Sequens ratihabitione confirmat prius factum invalidum... XVI q. 1 quoniam quicquid.

sub Cesare Augusto descriptus legitur universus orbis, ubi dicit Nicolaus de Lira, quod diebus Herodis agusti subiectis aliis gentibus imperio Romano fuit in orbe pax universalis. Ideo mandavit, ut describeretur universus orbis. Si pax erat universalis, sequitur, quod omnes reges et populi sine contradictione aliqua aut rebellionem subiecti erant imperio Romano.

Ceterum idem colligitur ex psalmo LXXI [v. 7], ubi Propheta de adventu Christi loquens ait: *Orietur in diebus eius iustitia et habundantia pacis*. Ergo videtur, quod imperium tunc neque iniustitias neque tyrannidem fovebat neque latrocinia neque rebelles habebat. Omnes ergo populi voluntarie obediebant Romano imperio, alias, ut videtur, in diebus, quibus natus est Christus, neque iustitia orta fuisset nec habundantia pacis, quod est contra Prophetam.

Amplius eadem conclusio videtur manifesta ex eo, quod iuxta cronicas a Iulio Cesare secundum quosdam, sed verius ab Octaviano Augusto usque ad Constantinum Magnum per XXXIII imperatores et quadrigentisquinquagintaquatuor annis et quinque mensibus³⁵ penes Romam sine aliqua mutatione mansit sedes imperii, quod esse non potuit, nisi populus omnis pro maiori parte tunc gratum habuisset Romanorum imperatorem dominum.

Septima conclusio: Imperatores Romani pro tempore illo non erant tyranni nec usurpatores imperii, sed legitimi possessores. Ista conclusio patet cum testimonio beati Jeronimi et beati Augustini dicentium, quod Romani virtutibus meruerunt imperium.

Patet secundo, quia a populo Romano vel senatu vel exercitu cum assensu omnium expresse [!] vel interpretativo fuerunt electi imperatores. Ergo fuerunt legitimi possessores ad minus ab illo tempore, quo imperium videtur fuisse approbatum omnium pro maiori parte consensu.

Tertio potest deduci prefata conclusio ex eo, quod ecclesia Romana approbat et coronat imperatores, Extra *qui sunt filii legitimi* [IV 17] in c. [3] *per venerabilem*³⁶. Nulli autem dubium, quod ecclesia Romana non approbat nec coronat tyrannos et usurpatores et predones imperii, quia hoc esset nefas dicere. Ergo conclusio vera.

Quarto conclusio videtur clara ex illo, quod dicitur, quod ecclesia Romana transtulit imperium de Grecis in Germanos, Extra *de elect.* [I 6] c. *venerabilem*³⁷, quia non potest dici, quod transtulerit latrocinium, sed imperium legitime possessum. Ergo conclusio vera.

Octava conclusio: Imperatores Romani ab illo tempore predicto fuerunt domini orbis. Ista conclusio patet primo ex illo Luce secundo [v. 1], ubi sub Cesare Augusto describitur universus orbis. Ergo videtur, quod esset

³⁵ Sic!

³⁶ Friedberg I, 714 ss. Cf. W. Molitor, Die Bulle Per venerabilem von Innozenz III. und ihre Stellung im öffentlichen Recht der Kirche, Münster 1876.

³⁷ Friedberg II, 79 ss.

orbis dominus, alias presumpsisset facere edictum, ut describeretur universus orbis.

Secundo eadem conclusio colligitur ex eo Matthaei XXII [v. 21], ubi Christus interrogatus, si licebat census dare Cesari vel non, respondit: *Reddite que sunt Cesaris Cesari et que sunt dei deo*. Ubi videtur dominus approbasse et dominium Cesaris et iustitiam eius, quod non esset, nisi fuisset dominus mundi.

Tertio videtur conclusio illa colligi ex appellatione Pauli ad Caesarem. Unde Actuum XXV [v. 10] inquit: *Ante tribunal Cesaris sto, ubi oportet me iudicari*. Cum autem iudicare pertinet ad dominum, planum est, quod Caesarem dominum confitebatur, cum ait: *Caesarem appello*.

Quarto ³⁸ eadem conclusio sumitur ex glossa c. [2] *Adrianus* LXIII. di. ³⁹, que dicit: Fateamur quod imperator est dominus mundi.

Item quinto ⁴⁰ patet conclusio ex c. [15] *futuram* XII. q. 1 ⁴¹, in quo Merchiades [!] papa sic inquit: *Non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui totius orbis monarchiam tenebant, ubi dicit glossa: Ergo imperator est dominus totius mundi, ad fidem Christi et baptismi sacramenta currerent*. Leges autem, que hanc conclusionem manifeste ponunt, non allego, quia adversarius dicit, quod leges imperatorum, quibus non est danda fides in hac parte [f. 67^v], cum tamen dicatur, quod leges per ora principum sunt divinitus promulgate. Mirum quod adversarius nec sacros canones curat nec leges, nisi pro parte sua faciant aliquomodo.

Nona conclusio: Omnes reges iure sunt sub imperatore. Conclusio ista satis patet ex precedenti.

Secundo patet ex glossa in c. *Per venerabilem* Extra qui filii sunt legitimi ⁴², que super verbo *rex Francie in temporalibus superiorem non cognoscit* dicit sic: *De facto, de iure tamen subest Romano imperio*.

Tertio eadem conclusio ex glossa c. *venerabilem* Extra de elec. ⁴³, que sic dicit: *Imperator est super omnes reges VII. q. 1 in apibus*.

Quarto patet eadem conclusio testimonio Caroli Magni, qui in § [37] *hec si quis* XI. q. 1 ⁴⁴ ita dicit: *Volumus et precipimus, ut omnes nostre iurisdictionis subiecti tam Romani tam Franci, Alamani, Baromani* [!]

³⁸ Ms irrig Tertio.

³⁹ Friedberg I, 235. In der Lyoner Ausgabe (fol. 72^r) findet sich jedoch die von T. zitierte Glosse nicht.

⁴⁰ Ms irrig Quarto.

⁴¹ Friedberg I, 682; die angezogene Glosse l. c. fol. 220^v.

⁴² S. o. Anm. 36. Die berühmte Glosse l. c. fol. 332^r.

⁴³ S. o. Anm. 37. Die Glosse lautet vollständig (l. c. fol. 37^v): *Est autem imperator ille super omnes reges, VII q. 1 in apibus, et omnes nationes sunt sub eo, XI q. 1 § sed si quis in verbo volumus*.

⁴⁴ Friedberg I, 636. Die Namen Bawari und Beneventani sind im Ms geschrieben.

Burgundiones, Saxones, Turingi, Frisones, Galli, Britones, Lombardi, Gascones, Bonaventani [!], *Goti, Hispani ceterique omnes subiecti nobis etc.* Ecce manifestum testimonium Karoli, primo quod omnes nationes pro maiori parte subiecte sunt Romano imperio; secundo quod regna Francie et Hispanie comprehenduntur in istis subiectis.

Decima conclusio et ultima est: Nulla natio, nullum regnum, quod semel voluntarie se subiecit Romano imperio, potest rebellare contra eius obedientiam aut resilire ab eius subiectione sine offensa dei. Ista conclusio ex multis patet. Primo ex illo Apostoli ad Romanos XIII [v. 2]: *Qui potestati resistit, divine ordinationi resistit. Qui autem resistunt, damnationem acquirunt.* Secundo patet ex illo prime Petri II [v. 18]: *Servi, subditi estote in omni* ⁴⁵ *timore dominis vestris, non tantum bonis, sed etiam discolis.* Tertio patet conclusio ex punitione decem tribuum regni Israhel, qui recesserunt a Roboam filio Salomonis. Quam rebellionem in tantum reprobavit deus, ut abiceret eos a facie sua et demoliret eos, ut testatur Cyprianus in epistola ad Nonacianum, et habetur in c. [9] *denique* ⁴⁶ VII. q. 1 ⁴⁷. Quarto patet conclusio ex illo Augustini libro secundo confessionum, et ponitur in c. [2] *que contra di. VIII* ⁴⁸, ubi sic ait: *Generale quippe pactum est societatis humane obtemperare regibus.* Quinto probatur conclusio ex illo Augustini in epistola ad Bonifacium, et habetur in c. [3] *noli* XXIII. q. 1 ⁴⁹: *Fides enim, quando promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem bellum geritur.* Non est autem dubitandum, quin nationes et regna semel subiecta imperio Romano iuramentum fidelitatis exhibueri[n]t eidem imperio. Ergo conclusio vera.

Verum quia, sicut dicit Ambrosius in libro de patriarchis, et habetur in c. [25] *dicat* XXIII. q. 5 ⁵⁰: *Sicut principibus et potestatibus fidem et reverentiam exhibere cogimur, ita secularium dignitatum administratoribus defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit, quod si facere contempserint, a communione sunt repellendi,* fortassis ex hoc sumunt argumenta aliqua regna scilicet Francie et Hispanie, quod non sint subiecta amplius Romano imperio, licet quandoque fuerint, quia cum ab infidelibus et hostibus affligerentur, et demolirentur, nullum subsidium, auxilium, defensionem habuerunt a Romano imperio, sed quasi derelicta sunt ab eo, et sic talia regna dicere possunt rationabiliter, quod non sunt amplius subiecta Romano imperio, licet alias fuerint, quemadmodum Francigene et Hispani

⁴⁵ Ms domini

⁴⁶ Ms venique.

⁴⁷ Friedberg I, 569. Cyprian Ep. I 6 ist jedoch an einen gewissen Manus gerichtet.

⁴⁸ Friedberg I, 13 s.

⁴⁹ Friedberg I, 892.

⁵⁰ Friedberg I, 938. Die folgenden Worte sind aber nicht von Ambrosius, sondern von Gratian.

dicunt, quia fides non videtur servanda nisi servanti. Unde Hyspani dicunt, quod a faucibus infidelium suo sanguine sine auxilio alicuius imperii regna sua eripuerunt, ut notatur in c. *Adrianus* LXIII. di.⁵¹ Simili modo dicunt Franci, quod ab infidelibus dominia sua acquisierunt et subditos proprio sanguine sine imperatorum auxilio subiugarunt. Unde dicunt, quod merito ipsi libertatem consecuti sunt et imperium perdidit ibi iurisdictionem suam, quam habebat, ex quo obmisit sive neglexit defendere ius superioritatis, quod habebat in illis regnis; frustra enim petit debitum qui quod debet non impendit, XVIII. q. 3 *si infidelis*⁵². Nihilominus ex hiis particularibus regnis non est accipiendum argumentum, quod omnes reges aut regna et principatus possint rebellare contra imperium Romanum et resilire ab eius subiectione⁵³. Unde non modicum errare videtur adversarius sic dicendo. Explicit opusculum festinanter collectum ad honorem Romani imperii et dominorum Romanorum per Reverendissimum dominum d. cardinalem Sancti Sixti vulgariter nuncupatum. Deo gratias.

⁵¹ S. o. Anm. 39.

⁵² Richtig: c. 7 C. 28 q. 1, Friedberg I, 1081.

⁵³ Ms successione.